



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Directorivm Sacerdotale & Clericorum Specvlvm Insigni  
Pietatis Ac Devotionis Supellectili exuberans**

**Kinckius, Matthias**

**Coloniæ, 1662**

De communione & orationibus post communionem,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46628](#)

Post communionem non dicat: *O sacrum con-*  
*vivum: neque Benedic anima mea &c. neque,*  
*Nunc dimittis &c. nec quicquam aliud ad Mis-*  
*sam non pertinens*

*Infusa ablutione non lambat digitos, neq;*  
*ijs madidis oculos sibi absterget &c.*

**D E C O M M U N I O N E, ET**  
*Orationibus post Communio-*  
*nem.*

XI:

**I.** Celebrante purificato, dum Cali-  
cem collocat in Altari, liber Missalis  
desertur per ministrum ad cornu Epi-  
stolæ, & collocatur ut in Introitu. Ipse  
autem Minister genuflectit iuxta cornu  
Evangelii, ut in principio Missæ. Dein-  
de Celebrans stans iunctis manibus, le-  
git Antiphonam, quæ dicitur *Commu-*  
*nio*: qua lecta, iunctis item manibus  
ante pectus vadit ad medium Altaris,  
& eo osculato, vertit se ad populum à  
manu sinistra ad dexteram, & dicit *De-*  
*minus vobiscum*, & per eandem viam re-  
dit ad librum, dicit *Orationes post Commu-*  
*nionem*, eisdem modo, numero, & ordi-  
nne, ut suprà dictæ sunt *Collectæ*. Qui-  
bus

bus finitis, laudit librum, & iungens manus ante pectus, revertitur ad mediū Altaris, ubi eo osculato vertit se ad populum, & dicit ut suprà, *Dominus vobiscum.* Quod dicto, stans iunctis manibus ante pectus versus populum, dicit, si dicendum est, *Ite Missa est,* & per eandem viam revertitur ad Altare. Si verò non sit dicendum, dicto *Dominus vobiscum:* revertitur eodem modo per eandem ad medium Altaris, ubi stans versus illud, iunctis ante pectus manibus dicit, *Benedicamus Domino.* In missis autem Defunctorum eodem modo stans versus Altare dicit, *Requiescant in pace.*

2. In Quadragesima autem à feria quarta Cinerum usque ad feriam quartam maioris Hebdomadæ, in feriali Officio postquam Celebrans dicit Orationes post Communionem cum suis solitis Conclusionibus, antequam dicat, *Dominus vobiscum,* stans in eodem loco ante librum dicit. *Oremus, Humiliate capita vestra Deo,* caput inclinans, & extensis manibus subiungit eadem voce, *Orationem super populum,* ibidem positam: quafinita osculatur Altare, & vertens se ad populum dicit, *Dominus vobiscum,* & alia ut suprà.

3. In

3. In Missa solemini Diaconus defert librum Missalis ad cornu Epistola, deinde vadit retrò post Celebrantem: Subdiaconus verò vadit ad cornu Evangelij, ubi Calicem mundat, aptat cum Purificatorio, Patena & Palla cooperit, plicat Corporale, reponit in Bursam, & il lamponit super Calicem coopertum velo, quem collocat in Altari, vel juper Credentia ut prius: postea redit ad locum suum retrò post Diaconum, qui cum dicit, Ite Missa est, cum Celebrante vertit se ad populum: & in Quadragesima dicto per Celebrantem Oremus: Diaconus in cornu Epistola vertens se ad populum, iunctis manibus dicit, ut supra, Humiliate &c. quo dicto vertit se versus Altare à tergo Celebrantis, & Celebrans dicit Orationem super populum.

DE BENEDICTIONE IN  
fine Missa, & Evangelio sancti  
Ioannis.

XII.

1. Dicto, Ite Missa est, vel Benedicamus Domino, ut supra, Celebrans ante mediū Altaris stans iunctis manibus super eo,  
& ca-